

Laus Deo. Meddelburgi 5<sup>o</sup> martij  
1622

Ita me omnes Boni ament, mi Huygens, placidum tuum  
illud ingenium miramur hic, atq; exosulamur, quod in medijs istis  
occupationum molestijs (de quibus et hic fama satis constans) etiam  
versus pangere, id est, in sese secedere, ac se contemplari, sustinet.  
Nacte, mi Vir, ista Virtute. ea sane in tempora iam incidimus,  
quibus animum firmare constantibus exemplis nostram erit; ut  
in medijs patrie turbis pectus immotum, et a perturbationibus alienum  
patrie prestemus; ut quisq; pro modulo suo laboranti manum  
admoveat; dum meliora nobis Divina Elementia (si fas sperare)  
largiatur. Versus istos,

Pastorum Nisam Damonis et Alpheibei,  
immemor herbarum quos et mirata Juvencus,

ad clarissimum Virum patrem tuum misimus; et ecce tandem  
eodem tempore Lamellam illam eneam, a Fratre tuo missam,  
accepimus; non modo parvam nimis ac rudem, sed sordidam  
et plane indignam quae operi amoenissimo vel prefigatur, vel  
coniungatur; nec enim ei incisa sunt Batana illa Tempa;  
sed aqua, ut vocant, forti, nullo decore, inesa. Puduit sane  
eos, quorum haec cura, indecore purrimoniae; et statim maiorem  
luculentiorumq; delineationem procurare, infertis etiam,  
suis locis, quatuor anni partibus affabre elaboratis; adeo  
ut opus suis ornamentis, quoad picturam, hic satis gratum  
lectori redderetur, <sup>sit:</sup> reliqua tua Nisa plene prestabit. Si Itaq;  
aliquid in Angliam tibi natum, huic operi ut iungas suadeo;  
ut idq; sine dispendio temporis fiet, antequam enim res hic  
confecta erit, pene dubio noxia tua facile mitti poterunt;  
ita iusto opere lectorem invitabis, quod per sese libri  
formam possit efficere; nam Zelandi nostri in suo  
istis mistibus frigent, et cum per plures illud expediendum  
sit, sepius, ut solet, perficitur. Vale amicus. Huygens.

Jms ac Jms

Eats

Ezantfeste Wijshe hoch.  
geleerde heer  
Constantijns Ruijgens  
Secretaris Van Leve  
Ambassadeurs Van  
Grootmoy. Keeren  
Staten Generael

Lot  
Londen

18. Maart 1672